



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

V. Precaria de ipsa villa dum adiuuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

tempore contra præsentem epistolam cessionis nostræ, quam propter nomen Domini, & venerationem sancti ipsius loci, spontanea voluntate fieri decreuimus, venire aut aliquid agere voluerit, aut tergiuersator extiterit, anathema sit, & cum supra scripto Domino illo, ante tribunal Christi, deducat rationes: insuper inferat iuxta pœnam sæculi, cum cogente fisco, partibus ipsius Ecclesiæ, aut auri lib. tantas, aut argenti pondo tan. & quod repetit nullatenus valeat vindicare, sed præsens cessio omni tempore inlibata permaneat, cum stipulatione subnixa.

V. *PRECARIA DE IPSA VILLA, dum viuit.*

Domino sancto, & Apostolica sede colendo, domno & in Christo patri, illi Episcopo, ille &

HO MARCVLFI MONACHI
coniux mea illa. Pluribus non est
incognitum, qualiter propter no-
men Domini ad Ecclesiam illam, in
honore sancti illius, villam nostram
nuncupatam illam, sitam in pago
illo, quicquid ibidem vndecumque
nostra possessio in integritate, per
epistolam cessionis nostræ visi fui-
mus concessisse, & eam vos ad par-
tem subscriptæ Ecclesiæ recepistis;
sed dum postea nostra fuit petitio,
& vestra benevolentia, & pietas ha-
buit, vt ipsam villam dum adiuui-
mus, aut qui pari suo ex nobis sub-
perstes fuerit, dum adiuuit, nobis
ad beneficium vsufructuario ordi-
ne excolendum tenere permisistis.
Ea scilicet ratione, vt nihil exinde
penitus de qualibet re alienandi,
aut minuendi pontificium non ha-
beamus, sed absque vlllo præiudi-
cio, supràscriptæ Ecclesiæ, vel ve-
stro, eam tantummodo excolere

debeamus. Ideo hanc precariam vobis emittimus, vt nullo vnquam tempore nostra possessio etiam si spatium vitæ nobis Dominus prolongauerit, nullum præiudicium aut deminutionem aliquam de ipsa villa vobis generare non debeat, nisi vsu tantum dum adiuuimus habere debeamus, & post nostrum ambobus discessum, cū omni re meliorata, quicquid ibidem vndique adtrahere aut meliorare poterimus, per hanc precaturiam, ac si semper per quinquennium renouata fuisset, absque vllius iudicis, aut heredum nostrorum expectata traditione, vos vel successores vestri, aut agentes Ecclesiæ, in vestram eam faciatis dominationem reuocare perpetualiter possidendum, vel quicquid exinde facere legeritis, sicut nostra continet epistola, ad profectum præfatæ Ecclesiæ Domini

112 MARCVLFI MONACHI
illius liberum habeatis arbitrium.
Facta precaria ibi.

VI. DONATIO DE PARVA
re ad Ecclesiam.

SI aliquid de rebus nostris, locis
sanctorum, vel in substantia
pauperum, conferimus, hoc nobis
proculdubio in æterna beatitudine
retribuere confidimus. Ergo ego in
Dei nomine ille, in amore Domini
nostri Iesu Christi, & remissione
peccatorum meorum, vt veniam
delictis meis consequi merear, in
futurum dono donatumque in per-
petuum esse volo, ad basilicam illã
in honore sancti illius cõstructam,
portionem meam in villa nuncu-
pante illa, in pago illo, quicquid
ibidem ad præsentam de alode pa-
rentum, vel de quolibet adtractu,
possidere videor, totum & ad inte-
grum, ad præfatam basilicam volo
esse